

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5374

Auteur(s) : Robert de Harcourt, Cotentin (archidiacre)

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1289, 16 août

Lieu d'émission : Coutances

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert d'Harcourt, archidiacre du Cotentin, donne au chapitre de Coutances le manoir et le tribunal (cohue) de Valognes qu'il a reçus de son prédécesseur, Gautier [de Chambly], devenu évêque de Senlis. Ces bâtiments devront être loués à l'archidiacre du Cotentin qui en a besoin et qui devra verser en échange au chapitre un cens de quatorze livres tournois. La moitié de cette somme servira à célébrer l'obit des parents de Robert d'Harcourt, Jean et Alix, le 5 novembre, et l'autre moitié à célébrer son propre obit. Il demande à l'évêque Eustache et au chapitre de confirmer sa donation.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 131, p. 257-258.

Texte établi d'après a

Universis hec visuris, R[obertus] de Haricuria, archidiaconus de Costentino in ecclesia Constantiensi, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus nos viris venerabilibus et discretis capitulo Constantiensi manerium nostrum de Yvetot cum gardino et omnibus appendiciis et adjacentiis ejusdem et cohua[m] nostram de Valoniis, que predicta nobis bone memorie Galterus, Silvanectensis episcopus, olim predecessor noster in archidiaconatu predicto, vendidit, in perpetuam elemosinam dedisse et concessisse intuitu caritatis ad obitus Johannis et Aelisie, parentum seu progenitorum nostrorum et nostrum, post mortem nostram faciendos, quia vero prefatum manerium et cohua, per quam necessaria sunt archidiacono dicti loci qui pro tempore fuerit, volumus et ordinamus quod nos et successores nostri qui pro tempore fuerint in archidiaconatu predicto habeant ea pro quatuordecim libris tur. in festo Omnium sanctorum singulis annis solvendis capitulo memorato pro dictis anniversariis faciendis. De qua pecunia canonicis presentibus centum solidos et clericis quadraginta solidos tur. ex nunc distribui volumus in obitibus dictorum parentum nostrorum, prout moris est in ecclesia Constantiensi, sollempniter annis singulis quinto die novembris decetero faciendis. Post obitum vero nostrum septem libras alias eodem modo distribui volumus post mortem nostram per octo dies ante diem obitus nostri. Volumus eciam et ordinamus quod dicte septem libre in anniversariis dictorum parentum nostrorum et alie septem libre post mortem nostram in die anniversarii distribuantur canonicis et clericis Constantiensis ecclesie sepedicte, supplicantes venerabili patri nostro E[ustachio], Dei gratia Constantiensi episcopo, ac capitulo memorato quatinus ex nunc annectantes archidiaconatui supradicto manerium et cohua[m] sepefatam pro pensione predicta nostram donationem et ordinationem predictam,

quoad premissa, omnia et singula approbent et confirment. Datum Constantiis anno Domini M° CC° octogesimo nono, in crastino beate Marie Assumptionis Virginis.